In Nomine Domini Amen

Cunctis ubique sit notum quod Anno a Nativitate Domini Nri Iesu Xpti MDCCCXIX. Die vero XXIV. Mensis Aprilis Pontificatus SSmi Dni Nri Pii Papae VIJ. Anno Ejus XX.° Ego Officialis Deputatus vidi et legi quasdam Literas Aplicas sub Plumbo expeditas tenoris sequentis videlicet = Pius Episcopus Servus Servorum Dei Ad Futuram Rei Memoriam

Ex debito Pastoralis Officii Nobis ex Alto commissi ad Ea libenter intendimus per quae Piorum Locorum quorumlibet comoditet necessitatibus de aliquo opportuno sublevamine valeat provideri Sane et quod Nos qui hodie Venerabilem Fratrem Nostrum Blasium Joachimum Alvarez de Palma nuper Episcopum Terulen nunc vero Granaten Electum a vinculo quo Eclesie Terulen cui tunc praeerat tenebatur de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Eclesie Cardinalium Consilio et Apostolice Potestatis plenitudine absolventes Eum ad Metropolitanam Eclesiam Granaten quae de Iurepatronatus Charissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici ex Privilegio Apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur certo tunc expresso modo Pastoris solatio destitutam de simili Consilio Apostolica Auctoritate transtulimus Ipsumque dicte Eclesie Granaten in Archiepiscopum praefecimus et Pastorem Curam Regimen et Administrationem ipsius Eclesie Granaten Ei in Spiritualibus et Temporalibus plenarie committendo prout in Nostris inde confectis Literis plenius continetur Nos Universitati Civitatis Granaten quae sicut accepimus praefato Ferdinando Regi grata et accepta existit opportune providere vo-

lentes ac ipsius Universitatis Administratores et singulares Personas
a quibusvis Excomunicationis Suspensionis et Interdicti aliisque
Eclesiasticis Sententiis Censuris et penis si quibus quomodolibet
innodate existunt ad effectum Presentium tantum consequendum ha,
rum serie absolventes et absolutas fore censentes Motu proprio non
ad earundem Personarum aut aliarum pro dicta Universitate No,
bis super hoc oblate Petitionis Instantiam sed ex nostra mera libe,
ralitate eidem Universitati Pensionem annuam ad Quatuordecim
annos tantum et non ultra duraturam pro rata tamen Trecentorum se,
ptuagintaquinque Ducatorum Auri de Camera Summam Duodecim-
millium Regalium de Vellon nuncupat. monete Hispaniarum consti,
tuen super Mense Archiepiscopalis Granaten Fructibus Redditi-
bus et Proventibus super quibus Nos etiam hodie alias Pensiones
annuas usque ad summam sex millium noningentorum et sexdecim
Ducatorum Auri parium et Decem Julinorum monete Romane
computatis tamen in eis Pensionibus antiquis si que essent quas
salvas esse voluimus dicta Apostolica Auctoritate reservari conces,
simus dummodo omnes Pensiones hujusmodi insimul cum antiquis
prefatis Tertiam Partem Fructuum Redditium et Proventuum
dicte Mense Archiepiscopalis Granaten non excederent eidem Uni,
versitati et pro Ea Dilectis Filiis Modernis et protempore existen,
tibus illius Administratori seu Administratoribus vel Eorum Procu,
ratori Legitimo seu Procuratoribus Legitimis per dictum Blasium Joa,
chimum Archiepiscopum cujus ad hoc expressus accedit assensus et Successo,
res suos dicte Eclesie Granaten Presules seu Administratores protempore
existentes annis singulis duabus equalibus Solutionibus pro una videlicet

in Sancti Ioannis Baptiste a proxime ventura incipien et altera
medietatibus dicte Pensionis per Presentes resordande hujusmodi in
Domini Nostri Iesu Xpti immediate sequentes Nativitatum Festi-
tatibus pro rata temporis dictis Quatuordecim annis tantum durantibus
et non ultra integre persolven et per Administratores prefatos in Subsi-
dium et Sabventionem dicte Universitatis juxta prefati Ferdinandi
Regis mentem et intentionem et non in alios usus converten Aposto-
lica Auctoritate prefata tenore Presentium reservamus constituimus
et assignamus Decernentes Blasium Ioachimum Archiepiscopum et
Successores suos ad integram Solutionem Pensionis per Presentes re-
servate prefate Eidem Universitati facien juxta Reservationis Consti-
tutionis et Assignationis prefatarum tenorem fore efficaciter obliga-
tos invalentes et eadem Auctoritate Statuentes quod Ille ex Blasio
Ioachimo Archiepiscopo et Successoribus prefatis qui in dictis Festi-
tatibus vel saltem infra Triginta dies illarum singulas immedia-
te sequentes Pensionem per Presentes reservatam prefatam per Eu
dicte Universitati tunc debitam non persolverit cum effectu lapsis
diebus eisdem Ingressus Ecclesie interdictus existat cujus Interdicti
relaxationem Is donec eidem Universitati et pro Ea illius Administratori
seu Administratoribus prefatis de Pensione hujusmodi tunc debita inte-
gre satisfactos aut alias cum dicto Administratori seu Administrato-
ribus vel Eorum Procuratori legitimo seu Procuratoribus legittimis
super hoc amicabiliter concordatum fuerit preterquam in mortis Articulo con-
stitutus Absolutionis Beneficium nequeat obtinere si vero per sex menses
dictos Triginta dies immediate sequentes sub hujusmodi interdicto Animo quod
absit permanserit indurato ex tunc efluxis mensibus eisdem a Regimine

et Administratione dicte Ecclesie Pranaten Suspensus existat eo ipso Quocir-
ca Dilectis etiam Filiis Magistro Francisco Marazzani in Utraque Si-
gnatura Nostra Referendario ac Antiquiori Canonico Majoris Ecclesie Pra-
naten et Officiali Venerabilis Fratris Nostri Archiepiscopi Pranaten Mota
simili per Apostolica scripta mandamus quatenus Ipsi vel Duo aut Unus
Eorum per se vel alium seu alios faciant Auctoritate Nostra Pensionem
per Presentes reservatam prefatam eidem Universitati dictis Quatuordecim
annis tantum durantibus juxta Reservationis Constitutionis et assigna-
tionis prefatarum ac Decreti Nostri hujusmodi continentiam et tenorem
integre persolvi Et nihilominus quemlibet ex Blasio Joachimo Archie-
piscopo et successoribus prefatis quem Interdicti et Suspensionis hujusmo-
di Sententiam incurrisse eis constiterit Quoties super hoc pro parte dicte
Universitatis fuerint requisiti tamdiu Dominicis et aliis Festivis diebus
in Ecclesiis dum major inibi Populi multitudo ad Divina convenerit In-
terdictum et Suspensum publice nuncient et faciant ab aliis nunciando-
nec eidem Universitati vel Administratoribus prefatis de Pensione per
Presentes reservata prefata fuerit integre satisfactum Ipseque Interdictus
et Suspensus Interdicti et Suspensionis hujusmodi relaxationem meruerit
obtinere Contradictores per Censuras Ecclesiasticas appellatione postpo-
sita compescendo non obstan Lateranen Concilii novissime celebrati
Pensiones annuas super Mensarum Archiepiscopalium Fructibus Reddi-
tibus et Proventibus nisi ex Cessionis aut alia probabili causa reservari
prohibentis aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis dicteque
Metropolitane Ecclesie Pranaten etiam Juramento Confirmatione Aposto-
lica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus con-
trariis quibuscumque Aut si Blasio Joachimo Archiepiscopo et Successo-

ribus prefatis vel quibusvis aliis comuniter aut divisim ab Aplica sit Sede

indultum quod ad prestationem vel solutionem Pensionis alicujus minime

teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excomunicari

non possint per literas Aplicas non facientes plenam et expressam ac de

Verbo ad Verbum de Indulto hujusmodi mentionem Nulli ergo omnino ho

minum liceat hanc Paginam Nostre Absolutionis Reservationis Consti

tutionis Assignationis Decreti Mandati Statuti et voluntatis infringere

vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attentare presumpserit

Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolo

rum Ejus se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctam Mariam

Majorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo Octingentesimo Quar

todecimo = Quartodecimo Kalendas Januarii Pontificatus Nostri anno

Quintodecimo = Loco + Plumbi = Super qbus Lris Aplicis juxta Pre

sumptam confeci ptibus DD. Josepho et Gregorio Sarenghi Testibus

[illegible] Orig. [illegible] Rota Offi. [illegible]

A. Card. [illegible]

Ita est Carolus Bottaglia

Notarius Aplicus

Visto por el Agente adjunto de S.M.
en Roma á 30 de Abril de 1819

Francisco Jacón

Regdo f.o 888 n.o 214 a.o 1819

Ph. Datti

BGU/Caja G-001-005